



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 60. Laurentius Cardinalis Corsinius in Papam electus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII. Alexandrum Albanios accessit, ac in  
 A.C. 1730. genua provolutus coram Christi Crucis  
 affixi imagine testabatur, se hanc dignitatem nunquam acceptaturum, eo  
 quod ea indignissimus esset. Annue-  
 ejus precibus ambo Cardinales, qui  
 moræ impatientes Barberinum, & Col-  
 lonnam proponere tentabant; uterque  
 erat meritis clarus, ac insuper futura  
 eorum electioni quoddam præludere  
 debatur prognosticon; cum enim Bar-  
 berinus ab Alexandro VIII. rubrum ge-  
 lerum accepisset, Biretum e Pontificis  
 capite in ejus caput casu ceciderat;  
 belle etiam in Cardinalem Colonnam  
 cadere credebatur illud Malachiæ Ab-  
 machani vaticinantis symbolum: Co-  
 lumna excelsa: verum ejusmodi divinatio-  
 num nulla omnino habebatur ratio.

## §. LX.

*Laurentius Cardinalis Corsinius in  
 Papam electus.*

Jam quintum omnino Mensem hoc  
 Conclave tenuit, quin humana in-  
 dustria, suffragantium dexteritas, pri-  
 vati favores ac molimina proximæ e-  
 lectionis spem facerent. Eapropter  
 Cardinalium non pauci longioris mora-  
 & enatarum inde incommodatum fe-  
 studio expugnati palam declarabant,

se comitiis excessuros, nisi intra octi- Sæc.XVIII.  
duum electio perficeretur. Tum vero A.C. 1730.  
luculenter patuit, non hominum con-  
siliis, sed solo Divini Spiritus nutu at-  
que potestate illis, quos elegerit Do-  
minus, supremi Apostolatus munia de-  
mandari; quo minorem enim Lauren-  
tius Cardinalis Corsinius de se ipso cu-  
ram habebat, ejusque memoriam pe-  
nitus abjecisse videbantur cuncti Car-  
dinales, eoquod ipse patria Etruscus,  
proin a Cæsare cum ceteris ejusdem  
Nationis Cardinalibus a Pontificatus  
spe palam exclusus esset, ita tamen  
disponente Deo accidit, ut Cardinale  
Cienfuegos Cæsareo Oratore Impera-  
toris beneplacitum attestante, ipse præ-  
ter omnium spem & expectationem die  
undecima Julii unanimi omnium (ne  
uno quidem desiderato) in supremum  
Ecclesiæ Antistitem eligeretur: Agebat  
tum annum ætatis septuagesimum octa-  
vum, & Cardinalatus vigesimum quar-  
tam, assumpserat in venerationem Cle-  
mentis P. XI. a quo Purpura cohonesta-  
tus erat, nomen Clementis XII. Ado-  
ratione, ut moris est, peracta Cardi-  
nales faustissimam ipsius electionem ea-  
dem adhuc die populo annuntiare de-  
creverant, ipse vero id ad alteram diem  
S. Joanni Gualberto sacram differri ro-  
gabat, eoquod hic idem Sanctus ex

S 2

eadem

Sæc. XVIII. eadem Corsiniorum familia Sanctis  
A.C. 1730. cunda ortus fuisset. Annuntiata de-  
mum Corsinii electione populus Rome-  
nus in tam effusas, festivasque acclama-  
tiones, & manifestas singularis in-  
titiae significaciones erumpebat, ut nou-  
lius Pontificis electio jam ab integro  
sæculo & amplius majori populi ap-  
plausu excepta videretur, immo ipsime  
Cardinales attonitis similes alter alterum  
intuerentur, & tacite quivis se  
ipsum incusaret, quod meritissimi ho-  
jus Cardinalis memoriam intra tantum  
tamque molestum temporis spatum  
non habuerint, cum tamen haud igno-  
rarent, jam in S. Comitiis post Cle-  
mentis XI. obitum habitis Cárdo-  
nium non paucos, eosque ceteris lu-  
strioires sua in eum contulisse suffraga-

## §. LXI.

*Gesta Clementis XII. ante Pow-  
tificatum.*

Dignissimus hic Pontifex antea Lan-  
re tius dictus ortum traxerat ex  
perpetuista ac nobilissima Corsiniorum  
familia. Patrem habuit Marchionem  
Bartholomæum Corsini, Matrem  
vero Elisabetham Strozzi Ducas Bag-  
noli Filiam, quæ Laurentium Filium  
septimestrem in lucem ediderat. His

lib.